

APPENDICE TERZA – DOCUMENTI

Actus assignationis dotis Ecclesiae Divae Mariae de Customaci extra moenia.

Die tertio iunii quintae indictionis millesimo quingentesimo septuagesimo septimo.

Cum universitas civium et personarum excelsae civitatis Montis Sancti Juliani maxima devotione prosequitur venerabilem atque devotam ecclesiam gloriosae et intemeratae Dei Genitricis Mariae semper virginis sub nomine de Customagio fundatam in territorio extra moenia dictae civitatis Montis Mazariensis Dioecesis ruralem euidem, et absque cura, in qua ecclesia celebratur, recolitur, et memoratur festivitas, et solemnitas Immaculatae Conceptionis eiusdem Reginae coelorum, et in eadem sub Imagine ibidem depicta cunctis Christi Fidelibus ad eam pie, et devote confluentibus, et specialiter dictis civibus, et personis praedictae civitatis Montis ipsa Domina Angelorum, cum sit Mater Gratiae atque Misericordiae, plurima in dies miracula conferre non dignatur, hisque stantibus, et aliis quampluribus rationibus, et causis, animum praedictorum civium, et personarum iam dictae civitatis Montis pie digneque moventibus, et ut dictae Dominae Nostrae in dicta ecclesia perpetuus reddatur honor, et gratiarum actio, ipsisque civibus et personis praedictae civitatis Montis et eorum posteris, spiritualeque decus, et quodammodo temporale, et causabilis, et amplior acerescat devotio, et divini cultus ferventius augmentum, dicta Universitas recurrens his proximis decursis temporibus ad sanctitatem Domini Nostri Papae Gregorii Tertii Decimi obtinuerit a dicto Summo Pontifice Apostolicam Bullam omni qua decet solemnitate expeditam, sigillo plumbeo impendenti munitam super concessione Juris Patronatus, eligendique et praesentandi idoneum praedictae ecclesiae rectorem, quoties illam vocare contigerit quomodolibet, facta prius dotatione, et assignatione per iam dictam Universitatem, et eius homines dictae ecclesiae de ducatis viginti qualuor annui red-

ditus auri de camera , qui summam capiunt uncearum duodecim , et tarenorum sex annui redditus monetarum huius Regni Siciliae ; dictum Jus Patronatus , eligendique et praesentandi dictae Ecclesiae rectorem facultas dictae universitati , et eius hominibus ab illustrissimo et reverendissimo domino Mazariensi episcopo , cui dicta Apostolica Bulla est directa , concederentur , et ut clarius ex tenore dictae Apostolicae Bullae datae Romae apud Sanctum Petrum anno Dominicae Incarnationis millesimo quingentesimo septuagesimo quarto kalendas iulii , Pontificatus dicti Sanctissimi Patris et Domini Nostri anno tertio , continetur , executoriae exinde ab Excellentia sua in hoc Siciliae Regno ultra Farum ad buiusmodi literas executoriales datas Panormi die vigesima sexta mensis martii anni tertiae Indictionis millesimo quingentesimo septuagesimo quinto , et inter haec ante obtentam dictarum literarum executorialium licentiam , detento consilio in hac civitate cum interventu magnificorum officialium et civium ipsius civitatis more solito congregatorum super deliberatione dationis et assignationis dictorum ducatorum viginti quatuor annui redditus de camera donandorum dictae ecclesiae profide , ut supra , qui important unceas duodecim et tarenos sex annui redditus in pecunia ponderis generalis huius Regni Siciliae , fuerit in ipso Consilio , ut supra , detento conclusum quod caperentur tot pecuniae de pecuniis dictae Universitatis quod suppeterent pro emendis dictis unceis duodecim , et tarenis sex annui redditus ad rationem de decem pro centenario iuxta formam Bullae Apostolicae , ut clarius ex tali concilio , ut supra , detento , et accordato et in Actis Curiae magnificorum Dominorum Juratorum huius civitatis descripto die duodecimo decembris tertiae Indictionis millesimo quingentesimo septuagesimo quarto appareat , praemissisque stantibus , fuerint obtentae literae confirmatoriae dicti Consilii ab excellentia illustrissimi et excellentissimi Domini Pro-Regis huius regni sub visione Tribunalis , ut patet ex forma huiusmodi literarum confirmatorialium datarum Panormi die sexto mensis maii nuper elapsi , hisque , ut praemissum est , peractis , volentes infrascripti Domini Jurati huius civitatis praedictae Montis Sancti Juliani , imo oplantes Jus Patronatus eligendique , et praesentandi rectorem dictae ecclesiacae Dominae Nostrae sub dic-

to nomine de Customagio pro eis iuratorio dicto nomine et pro tota Universitate et civibus ac personis omnibus eiusdem et civitatis in perpetuum obtinere, stante maxime Apostolica Bulla iam dicta, decreverint ad dotationem praefatae ecclesiae , et ad assignationem praedictarum pecuniarum, de quibus supra, et maxime in dicto Consilio declaratarum , et ad praesentem actum, ac etiam ad omnia et singula infrascripta devenire modo et forma de quibus infra.

Idcirco hodie die praetitulato magnifici Dominici Nicolaus Guarnotta , Antoninus Jussrè , Franciscus Morana et Joannes de Maranzano de civitate Montis S. Juliani mihi notario cogniti praesentes coram nobis intevenientes ad haec veluti iurati huius praedictae civitatis Montis anni praesentis in vim praesentis actus et omni alio modo, iuratorio nomine praedicto, et pro dote dictae ecclesiae Dominae Nostrae de Customagio fundatae , ut supra , in territorio huius civitatis Montis praefatae Mazariensis Dioecesis, et pro obtenta facultate Juris Patronatus et praesentandi , eligendique beneficialem seu rectorem dictae ecclesiae , sponte nomine totius Universitatis huius praedictae civitatis, et per ipsam Universitatem, eiusque cives, homines, et personas sub reservationibus, et conditionibus infra scriptis, et non aliter, nec alio modo; stantibus praeccalendatis apostolico rescripto, literis suae Excellentiae, et consilio huius civitatis, titulo et causa donationis merae, purae, simplicis, et inrevocabilis inter vivos , dederunt, donaverunt, dotaverunt, refutaverunt, renunciaverunt, intra manus posuerunt, et assignaverunt, donant, doant, refutant, renuntiant, intra manus ponunt, atque assignant, et titulo ipsius donationis, dotationis, refutationis, renuntiationis, assignationis, et quidquid melius dici potest, et posset, quomodolibet tradiderunt, et habere, licere concederunt, et concedunt praefatae venerabili et devotae ecclesiae Dominae Nostrae de Customagio, et cuicunque eius reverendo beneficiali seu rectori, qui pro tempore fuerit et successive eligetur, et praesentabitur, me notario ut persona pubblica meo publico officio pro dicta ecclesia, ac dicto rectore eligendo solemniter stipulante , et recipiente unceas decem annuales , censuales et rendales , francas quidem, liberas et expeditas ab omni empara, sequestro et alio

quovis impedimento debitas, et anno quolibet solvendas dictae Universitati per magnificum Dominum Joannem Baptis tam Deidone, et consortim quoad unceas quinque, et per magistrum Manfridum de Amico, et consortim quoad alias unceas quinque ad rationem de decem pro centenario iuxta formam Bullarum Apostolicarum iure subiugationis vigore contractus huiusmodi subiugatorii facti in actis meis infrascripti notarii die decima septima mensis martii nonae Indictionis millesimo qningentesimo septuagesimo quarto, et notarum in pede ipsius nonnullarum ratificationum prout in eis subiugatarum, et impositarum super illis bonis specialiter et generaliter in dicto contractu subiugatorio declaratis et forte in nolis praedictis, et sub pacto redimendi in dicto contractu contentis, et non aliter, nec alio modo, et hoc una interusuris dicti iuris census uncearum decem anni praesentis hactenus decursuris, et de cetero cursuris ipsius praesentis anni quae sunt in summa uncearum decem, nec non et cum aliis unceis novem ponderis generalis debitibus dictae Universitati, et cum interusuris annorum tertiae, et quartae Indictionis proxime decursarum per dictos subgabellatores seu alias eorum iuxta formam dicti contractus subiugatorii quae interusuria praedicta tantum voluerunt quod exigi possint, et debeant per procuratores dictae ecclesiae, et convertantur in emptionem reddituum pro ut infra, et non aliter, alias, nec alio modo.

Quarum quidem uncearum decem redditus praedicti, ut supra donatarum ex causa dotis praedictae possessionem, vel quasi ad dominium quam et quod dicti magnifici iurati daiores, et donatores iuratorio dicto nomine in eorum animo habent, tenent et possident, vel quasi a se deponentes et abdicantes in dictam ecclesiam seu verius in eius futurum rectorem beneficialem seu ministrum pro tempore eligendum, me notario, et persona publica in meo animo pro dicta ecclesia, ac dicto futuro rectore recipere volente, dederunt, cesserunt, transtulerunt, mandaverunt, et quasi tradiderunt, et constituerunt se per dictam Universitatem et suos per illas de cetero, et ex nunc in antea pro parte, et nomine dictae ecclesiae, seu eius rectoris qui pro tempore fuerit, et eligetur, per constitutum, et constituti nomine

tenere, et possidere donec ei quousque dicta ecclesia seu verius eius futurus rector corporalem vel quasi ceperit et intraverit possessionem, quam intrandi capiendi habendi, et arbitrio proprio retinendi ei de caetero , et ex nunc in antea auctoritatem , licentiam , et liberam tribuerunt, et cesserunt potestatem ac de iure contulerunt pariter, et de facto.

Ad habendum per dictam ecclesiam, et quemcumque eius futurum rectorem dictas unceas decem annui redditus, ut supra, ex dole dotalas , et assignatas cum iuribus earum universis de caetero, et ex tunc in antea tenendum, petendum, exigendum, possidendum, vel quasi uti fruendum, et gaudendum, et nullatenus vendendum, nec alienandum.

Mandantes propterea dieli magnifici iurati iuratorio dicto nomine per dictam Universitatem et suos in vim praesentis actus vicem epistolae in hac parte gerentis dictis de Daidone et Amico subiugatoribus, et aliis cum eis obligatis, et omnibus, et singulis conductoribus , detemptoribus, et possessoribus bonorum in dicto contractu subiugatorio subiugatorum, et cuiusvis partis eorum , et cuiilibet ipsorum , quatenus ad solam praesentis actus obstensionem velit, et debeat de dictis redditibus, ut supra, donatis plenarie rependere, illosque dare realiter, et cum effectu solvere dictae ecclesiae et eius futuro rectori, me notario pro eis stipulante, in fine mensis augusti cuiuslibet anni, incipiendo primam solutionem facere in fine mensis augusti anni praesentis et ab inde in antea integre, et indiminate continere, et perseverare , nullo alio ab eis expectato mandato.

Cedentes propterea, et perpetuo remittentes dicti magnifici iurati donatores iuratorio dicto nomine per dictam Universitatem, et suos eidem ecclesiae, et cuicunque eius futuro rectori, me notario pro ea, et eo solemniter ut persona pubblica stipulante, et recipiente, omnia et singula iura, omnesque actiones reales, personales, utiles, directas, mixtas, tacitas, compraehensas et expressas, praelorias, et civiles, et alias quascumque, nec non et omnem spem , et exercitium ipsorum iurium , et actionum, quae ei quas habuerunt , habebant et habent, ac possunt , et sperant habere, sibique dicto nomine ac dictae Universitati competunt, competebant, et competere possunt, et possent, ac pe-

tuerunt quomodolibet in futurum in dictis unceis decem annui redditus ut supra donatis, et assignatis, earumque capitali dictisque de interusuris hactenus decursis, et de coetero cursuris, et bonis pro eis subiugatis, et omni parte eorum contra et adversus dictum magistrum Joannem Baptisam Daidone , dictumque de Amico, et consortim, et quoscumque detemptores, conductores et possessores bonorum subiugatorum , et contra quemlibet eorum, et alias quascumque personas, haeredes, et bona quomodolibet eorum, et alias quascumque personas, haeredes, et bona quomodolibet obligatas , et obligata vigore praedicti contractus subiugatorii, et aliorum quorumvis contractuum et quorumcumque scripturarum publicarum privataram, et sine. Constituentes etc. Ponentes etc. Ut amodo etc.

Propterea dicti magnisici iurati iuratorio dicto nomine praesentialiter et manualiter solverunt, dederunt, et assignaverunt magistro Joanni Petro Sucamelio uno de procuratoribus , et constituto ad praesens pro arca pecuniarum dictae ecclesiae mihi notario cognito , praesenti et recipienti unceas tres in pecunia ponderis generalis per manus nominati Joannis Petri de Ansaldo thesaurarii pecuniarum Universitatis praedictae, solventis ad mandatum dictorum dominorum iuratorum hodie sibi factum , quas unceas tres nec non et alias unecas decem et novem exigendas de interusuris praedictis dictarum uncearum decem annui redditus ut supra donatarum , et tarenorum novem de interusuris anni praeteriti seu annorum praeteritorum, et unceas decem de interusuris anni praesentis, quae interusuria ad dictam summam uncearum decem, et novem exigere possint dictus magister de Sucameli et alii procuratores dictae ecclesiae , quibus procuratoribus, praesente et stipulante , ac recipiente dicto magistro de Sucameli pro se et aliis procuratoribus dictae ecclesiae procuratorio dicto nomine dicti magnisici iurati iuratorio nomine praedicto vi praesentis dederunt et donant, ac tribuerunt, et concederunt, et concedunt omnimodam auctoritatem, et potestatem dicta interusuria ad dictam summam uncearum decem, et novem petendi, exigendi, et consequendi et de eis cautelas faciendi, eisque exactis, pecunias praedictas dictorum interusuriorum tunc exactas, et alias ut supra sibi solutas, quae in earum summam

capiunt unceas viginti duarum, convertere debeat dictus magister de Sucamelio cum aliis procuratoribus eiusdem ecclesiae procuratorio dicto nomine in emptionem uncearum duarum, et tarenorum sex annui redditus ad rationem de decem pro centenario, iuxta formam Bullarum Apostolicarum a tulis personis cum publicis intermediis cautelis ad nomen dictae ecclesiae, et cuiuscumque eius futuri rectoris, et beneficialis, eisque emptis ut supra ipsae unceae duae, et tareni sex annui redditus uniantur, et coniungantur, prout ex nunc pro tunc, et e contra dicti magnifici iurati dicto nomine univerunt, et uniunt et coniunixerunt, et coniungunt dictis unceis decem annui redditus ut supra donatis et assignatis, et sic ad summam uncearum duodecim et tarenorum sex, ipsaeque unceae duodecim, et tarenorum sex annui redditus intelligentur, et sint acquisitae dictae ecclesiae et unicuique eius futuro rectori in et pro dote dictae ecclesiae sub et cum praeviis condictionibus et reservationibus infrascripitis, sub quibus ad praesentem actum intelligatur, et sit deventum, et non aliter, nec alio modo.

Et primo quod semper et omni futuro tempore dicta Universitas huius civitatis Montis et pro ea eius magnifici iurati, et homines ipsius qui pro tempore fuerint, habeant, et habeat, et habere debeat Jus Patronatus dictae ecclesiae Sanctae Mariae de Customagio, et eligendi, nominandi, et praesentandi beneficiale et rectorem ipsius ecclesiae pro tempore eligendum, nominandum, et praesentandum, quoties opus fuerit, et eam vacare contingenterit, quod Jus Patronatus ut supra dictae Universitati, eiusque dominis iuratis, et hominibus ipsius in perpetuum sit, et esse debeat reservatum, et non aliter, nec alio modo.

Item quod quicumque futurus rector dictae ecclesiae qui pro tempore fuerit, teneatur, et sit obligatus, ac debeat, iusto impedimento cessante, in dicta ecclesia continuato tempore permanenti, ibidemque missas celebrare, et alia divina officia temporibus debitibus, saltem singulis diebus festivis, secunda quoque quarta et sexta feria, et die sabati cuiuslibet hebdomadæ in perpetuum; cui quidem rectori, et beneficiali qui pro tempore fuerit, anno quolibet tantummodo acquirantur, et acquiri debeat fructus, et annuales proventus dictarum uncearum duodecim, et tarenorum sex annui redditus praedicti, ut supra, ex causa do-

tationis donatarum ; ita quod in omni casu redemptionis praedictorum redditum pretium principale eorum iterum convertatur et converti debeat in emplionem aliorum reddituum pro effectu praedicto, et sic in perpetuum verificari debeat toties quoties dicti redditus anni emi et reemi contingerit et non aliter, nec alio modo, per officiales dictae ecclesiae, et non ad aliud opus possit converti; reliquae vero elemosinae, oblationes, dona charitativa eidem ecclesiae pro tempore donandae , et donanda , offerenda, et offerenda , facienda , et facienda quomodolibet , et omne id, et quidquid dictae ecclesiae donabitur , offeretur , et donatum fuerit, et oblatum per quascumque personas quavis ex causa quomodocumque , et qualitercumque , cunctis futuris et perpetuis temporibus omni meliori modo acquirantur, et acquiratur, et acquiri debeat, et debeat, et perveniant, et perveniat, et pervenire debeat, et debeat, factaeque, donatae, et oblatae, facta quoque , donata et oblatata , et factum , donatum et oblatum, acquisitaeque, et acquisita, et acquisitum sint, et intelligantur, ac sit, et intelligatur sive in pecunia , sive in quibuscumque aliis bonis et rebus contineatur, et contineantur, maragmati dictae ecclesiae convertendi, et convertenda , ac convertendum in augmentum ipsius maragmatis in beneficium, utilitatem, et commoditatem , ac pro ornamentis dictae ecclesiae ad omne bonum iudicium, sanioremque sagacitatem , diligentiam , considerationem, providentiam, et per scrutationem rectorum et procuratorum maragmatum , et negotiorum temporalium dictae ecclesiae pro tempore eligendorum.

Ita quod huiusmodi rectores et procuratores dictae ecclesiae pro maragmatibus, et negotiis temporalibus ipsius omni futuro tempore , absque alia contradictione eligi possint , et debeat per magnificos dominos iuratos huius civitatis Montis annualim ad eorum beneplacitum , ut diligentius , et utilius res , et negotia ipsius ecclesiae in temporalibus peragantur, pertractentur, et perficiantur omni meliori modo.

Supplicantes dicti magnifici iurati iuratorio dicto nomine de nomine totius Universitatis , et homines huius praedictae civitatis Montis vi praesentis , et omni alio meliori modo humiliter petentes, et fiducialiter exorantes sanctitatem Summi Pontificis et Beatissimi Patris Domini Nostri Papae praesentis , vel pro tem-

pore futuri, quatenus praemissa omnia, et singula idem Beatisimis Pater confirmare, et dictae Universitati, eiusque iuratis, hominibus, et personis pro tempore existentibus, et pro omni futuro tempore sub praemissis conditionibus, et reservationibus benigne tribuere, et concedere dignaretur, et haec eadem pari modo confirmari, et concedi ipsi Universitati, et eius iuratis, hominibus et personis, ea qua decet humilitate deprecantes ab illustrissimo et reverendissimo domino Episcopo Mazariensi, eiusque benignum consensum praestari in his omnibus, et singulis postulantes omni meliori modo; ita quod si praemissa omnia, et singula nullatenus confirmarentur, et non cederentur, imo contradicerentur quomodocumque et denegarentur quomodolibet, tali casu praedicta donatio, et assignatio dictorum reddituum, et pecuniarum totaliter evanescat et revertatur in totum ad dictam Universitatem, eique cum omni commodo ex ea accrescat, praemissaque omnia, et singula corruantur, et pro invalidis habentur, et tali casu quaclibet pars, ad quam hoc tangeret negotium, sit, et esse debeat in iure suo, in quo erat ante praemissa, et praesentem actum, eis tali casu in aliquo non obstantibus, quoniam sic voluerunt dicti magnifici iurati iuratorio dicto nomine, et non aliter, nec alio modo.

Quam quidem donationem, et assignationem, et omnia et singula praemissa, et infrascripta sub conditionibus, quibus supradicti magnifici iurati dicto nomine promiserunt mihi notario publico stipulanti pro dicta ecclesia, et quocumque eius futuro rectore ratas, gratias et firmas, ac rata, grata et firma habere, ipsamque donationem infringi non posse in omnem eventum etc. In pace etc.

Sub hipoteca, et obligatione omnium et singulorum bonorum dictae Universitatis mobilium, et stabilium etc. cum refectione etc. Constituentes omnibus exceptionibus, et specialiter cum iuramento, ac beneficio restitutionis in integrum etc. caeterisque iuris, et facili remediis et praedicta attendere etc. Juraverunt etc. Testes nobilis Joannes Paulus Gervasio.

Joannes Petrus La Vattala — Antoninus Deidonus.

Magister Vitus lo Coduto, et alii quamplures.

Ex actis meis notarii Antonii de Floreno de civitate Montis Sancti Juliani — Salva collatione.

*Actus electionis Mariae Virginis de Customaci in Patronam
Principalem Excelsae Civitatis Montis S. Juliani 1630.*

Die sexto decembris decimaæ quartæ Indictionis millesimo
sexcentesimo trigesimo.

Cunctis pateat, singulisque evidenter comperitum cognitumque existat, qualiter spectabiles Nicolaus Pilato, Mattheus Gervasi, et Franciseus Palazzolo quondam Joannis Antonii, tres ex spectabilibus iuratis huius excelsae civitatis Montis S. Juliani, sedis et anni praesentis XIV. considerantes tot tantaque beneficia, totidemque innumerabiles gratias a summo Omnipotente Deo excelsae huic stanti ericinae civitati, singulisque huius Universitatis Montis S. Juliani personis collatas ac concessas per intercessionem Beatae Virginis Immaculatae Conceptionis, cuius Icona atque Imago apud nos iam colendissima ac devotissima hodie hic Montis reperitur, et praecepit memorandum illud beneficium in horrendo illo pestis tempore, non solum olim annis iam plurimis elapsis, verum etiam nostra hac tempestate, nostrisque hisce proxime elapsis temporibus nostrae huic tunc miserae civitati, nobisque civibus tali morbo laborantibus concessum, quando in tot tantisque miseris, pestiferisque horroribus reperti ac immersi innumeris orationibus amarisque lacrymis ac gemitis ad hanc devotissimam nobisque gratosissimam Beatissimæ Virginis Immaculatae Conceptionis sic vulgo dictam de Customaci accurrentes, eamque nostra in Moenia devotissime conferentes, pia eius intercessione pestifer ille morbus fuit penitus extinetus: Ac deinde infinitas gratias minime obliviscendas in toties apud Deum pro nobis impetrans pluviis, quando vel segetibus præ nimia aquæ penuria arecentibus, vel miseris agricolis præ nimia terræ ariditate pluviarumque desiderio agros suos minime colentibus, ipsa tandem colendissima Imagine huc adveniente a nobis vix deprecata, statim evenit ut exoptatae pluviae undique abundant, campique ac segetes ubique laetarentur, sicuti nunc nobis novissime evenit, quando præterito mense novembri, terra penitus arida, fontibusque ac puteis penitus siccis, animalia siti

peribant, et quod peius agricultae nullo pacto terram arare volabant. Accurrentes autem nos solito more ad hanc pietatis misericordiarumque Matrem Mariam Virginem de Costonaci vulgo dictam, eiusque pulcherrimam hanc, ac in nos pretiosissimam Imaginem in civitatem conducentes, licet prius nonnullis peractis processionibus cum eadem Imagine et sine, tandem in decoraudo eiusdem Virginis Mariae Praesentationis die sufficiens pluvia per ipsam fuit nobis e coelo largita, plurimaque alia beneficia per ipsam piissimam Matrem erga hanc civitatem omnesque cives in dies collata, quae brevitatis gratia omittuntur, decreverunt, propter eorum totiusque populi huius praedictae civitatis devotionem erga Venerabilissimam praedictam Imaginem, eam in Patronam, et Dominam accipere, prout vi praesentis dicti spectabiles iurati mihi notario cogniti coram nobis omnique meliori modo, quo melius fieri potuit, et potest, perpetuo valituro et duraturo per eos et successores loco eorum, sponte elegerunt, et nominaverunt, atque eligunt et nominant in Patronam et Dominam huius praedictae civitatis Montis S. Juliani, eiusque Universitatis dictam Beatissimam Virginem Immaculatae Conceptionis, suamque praedictam Iconam et Imaginem vulgo dictam de Costonaci; quam Beatissimam Virginem ipsi spectabiles iurati instantissime rogaverunt, et rogant, quatenus per eius clementiam et pietatem dignetur sub eius patrocinio, protectione, et tutela civitatem ipsam eiusque cives accipere.

Et in signum huiusmodi patrocinii, protectionis, et devotionis dicti spectabiles iurati nomine Universitatis huius praedictae civitatis per eos, et successores loco eorum statuerunt, atque do-taverunt, et dolant dictae Venerabili Iconae atque Imagini B. M. Virginis Immaculatae Conceptionis vulgo dictae de Costonaci, me Notario stipulante pro dicta ecclesia, eiusque procuratoribus, dare, solvere et expendere de pecuniis dictae Universitatis totam illam pecuniae summam necessariam pro celebranda festivitate dictae B. M. Virginis Immaculatae Conceptionis, quae celebra-tur sub die 8 decembris, toties quoties dicta Ven. Imago reperiri congerit in hac civitate pro quavis necessitate et causa, declarandam et dicendam ipsam summam oretenus per procurato-rem et thesaurarium dictae ecclesiae, qui pro tempore fue-

rit; quam summam praedictam necessariam pro celebranda festivitate praedicta, quando dicta Imago in hac civitate fuerit, et declarandam, prout supradicti spectabiles iurati per eos, et successores loco eorum dare, et expendere, ac solvere promiserunt, et se obligaverunt et obligant de pecunis dictae Universitatis dicto thesaurario, me notario stipulante pro eo, statim facta eis et aliis eorum loco dicta declaratione oretenus in pace, et de pleno etc.

Quam quidem praesentem electionem, et dotationem, omniaque et singula supradicta et infrascripta praedicti spectabiles iurati dicto nomine promiserunt ratam, gratam, et firmam, ac rata et firma semper habere in omni eventu in pace etc.

Sub hip. etc.

Testes D. Leonardus Cosenza et Crispinus Maiorana.

Ex actis quondam Leonardi Candela notarii huius excelsae ac fidelissimae urbis Montis S. Juliani praesens copia extracta est—
Collatione salva.

BREVE

CORONATIONIS SACRAE IMAGINIS

B^{MAE} VIRGINIS MARIAE DE CUSTOMACI

1762.

Hentius Tituli Sanctae Mariae in Porticu S. R. E. Presbyter
Cardinalis, Presbyter Barocensis, ac Sacrosanctae Basilicae Prin-
cipis Apostolorum de Urbe Archipresbyter, nec non capitulum, et
Canonici ejusdem Sacrosanctae Basilicae. Cum exponi nobis fe-
cerint Illustrissimus et Reverendissimus Dominus Episcopus Ma-
zariensis, et Spectabiles Jurali Civitatis Montis Sancti Juliani in
Regno Siciliae reperiri Ecclesiam Beatissimae Virginis Mariae
Sanctissimum Puerum Jesu in brachio gestantis in tabula de-
pictae, quae non minus vetustate quam miraculorum frequentia,
ac magno populi, ne dum praedictae Civitatis, verum etiam to-
tius praedicti Regni concursu summopere ab omnibus veneratur,
ut nobis constare fecerunt per testimoniales literas ejusdem Re-
verendissimi Domini Episcopi dictae Civitatis Mazariensis. Hinc
ad hoc ut ferventissima Christi fidelium devotio semper vigeat,
eamdemque devotionem honore praestantiori, quo fieri potest,
augeri cupientes, apud Nos, ad quos Sacras Deiparae Imagines
claras miraculis coronandi munus spectat, et pertinet ex pia
fundatione, et legato relicto, et ordinato a bonae memoriae Co-
mite Alexandro Sforza, praedictam Sacram Deiparae Imaginem
Sanctissimum Puerum Jesum in brachio gestantem Aureis Cor-
onis Coronare, et eisdem privilegiis per Nos in similibus con-
cedi solitis prosequi enixe institerint, dictamque coronationem
eidem Reverendissimo Domino Episcopo Mazariensi, et in ejus
absentia seu impedimento alteri Illmo. et Rmo. Domino Epi-

scopo sibi beneviso pro executione praedictae coronationis committere dignaremur. Proposita itaque in Capitulo habito die XI maii anni mox elapsi 1751 hujusmodi instantia, habitaque de super matura consideratione vetustatis Imaginis, nec non dictorum miraculorum, quibus Deus Optimus illam insignire dignatus est, annuere decrevimus. Hinc confisi de pietate, et prudentia praeconominati Illustrissimi Domini Episcopi Mazariensis, eoque impedito seu absente, alterius Illustrissimi, et Reverendissimi Domini Episcopi sibi benevisi, Dominationibus suis Reverendissimis, et cuilibet ex eis solemnem coronationem gerenti, vices nostras dictique nostri Capituli per praesentes committimus, et conferimus; qualenus Coronas aureas praedictas, iam a Nobis ad hunc effectum traditas, et consignatas Oratoribus, et pro eis Reverendissimo Domino Patri Mauricio Bargellini Praeposito Domus, et Ecclesiae Sancti Andree Apostoli de Valle nuncupatae de Urbe, illorum nomine, seu nominibus, pro ut constat ex instrumento consignationis earumdem, rogato per acta infrascripta die ad quod etc. dictam Sacram Deiparae Imaginem, una cum Sanctissimo Puerō Jesu coronando, capitibus eiusdem Virginis Mariae, et Sanctissimi Pueri Jesu in dicta Ecclesia sub dicta invocatione de Customaci super imponere, et solemnitatem huius Coronationis iuxta ritum, et solemnitates in similibus destinatas, et assignatas perficere dignaretur, cunctaque privilegia a Nobis in similibus concedi solita, omni meliori, et validiori modo, quo possumus, harum serie in Domino concedimus, et elargimur.

In quorum omnium fidem praesentes manu Reverendissimi Domini Canonici Secretarii Magistri Cappellani, ac dicti nostri eiusdemque Sacrosanctae Basilicae Notarii et Cancellarii subscribi, nostrique Capitularis sigilli, quo in similibus ultimur, iussimus et fecimus impressione muniri — Datum Romae ex dicta Sacrosancta Basilica, et ex loco nostro solito Capitulari. Anno a nativitate Domini nostri Jesu Christi 1752. Indictionis decimae quintae die quarta mensis maii; Pontificatus autem Sanctissimi in eodem Christo Patris ac Domini nostri Benedicti divina providentia Papae XIV anno duodecimo.

Philippus Amodei Canonicus Secretarius.— Franciscus M. Lo-

rentinus eiusdem Illustrissimi Capituli, ac praedictae Sacrosanctae Basilicac Notarius ac Cancellarius.

Drepani die vigesimosexto augusti 1752. — Jesus præsent.
registr. exequatur, et parti restituatur — Stella Vicarius generalis — Notarius D. Matthaeus Verdirame Cancellarius, Magister Notarius.

Ex Registro Magnae Curiae Episcopalis Mazariensis de anno 1752 præsens Copia extracta est. — Collatione salva.

Sacerdos Hieronymus Maiorana Pro-Cancellarius in decursu sacrae Visitationis.